



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

240. Juramentum de reconciliatione conjugatorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

302 R E G I N O N I S L I B . II.
aliis hominibus illum hominem occidisti , nec
ut suam vitam aut membra perderet cum aliis
consiliatus es , nec in ejus morte quicquam ha-
bes factum unde merito aut pœnitentiam sus-
cipias , aut vindictam suscipias , aut pretium
aliquod persolvias. Sic te Deus adjuvet.

Juramentum de reconciliatione
conjugatorum.

Burchard. lib.
9. c. 81. C C X L . Ab isto die in antea istam tuam
conjugem , nomine illam , quam injustè dimi-
seras , ita tenebis sicut per rectum maritus
tuam debet habere conjugem in dilectione &
debita disciplina , nec eam per ullum malum
ingenium separabis à te , nec ea vivente aliam
accipies. Sic te Deus adjuvet.

De eadem re.

Burchard. lib.
9. c. 82. C C X L I . Amodo in antea istum tuum ma-
ritum , quem injustè dimiseras , ita tenebis &
amplexaberis , & ei in servitio , in amore , &
in timore ita eris subiecta & obediens , sicut
per rectum uxor debet subiecta esse marito ,
nec unquam ab eo te separabis , nec illo viven-
te alteri viro te sociabis in conjugio aut adul-
terio. Sic te Deus adjuvet.

De his qui matrimonio juncti sunt & nubere
non possunt. Ex epistola Rabani
cap. XXIX.

Rhab. epist.
ad Heribald.
c. 29. C C X L I I . Quod autem interrogasti de
Lib. 6. Capi-
tular. c. 55. his qui matrimonio juncti sunt , & coire non
Burchard. lib.
9. c. 40. possunt , an ille aliam vel illa alium ducere pos-
sit. Quibus scriptum est : *Vir & mulier si se*